



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Pastorum Concionatorumque Instructioes

**Borromeo, Carlo**

**Coloniae, 1587**

**VD16 B 6753**

In Card. Sanctae Praxedis Effigiem. Ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51263)



IN CARD. SANCTAE PRAE-  
DIS EFFIGIEM.

Ad Lectorem.

**C**VR abrasa petis, Lector, sint Praesulis ora,  
Qui sacer Insubrum Duxq<sup>3</sup>, caputq<sup>3</sup>, fuit?  
Illum scito equidem mores reuocare vetustos,  
Atque imitari almos sic voluisse Patres.  
Ast & id imprimis voluisse ostendere, nudo  
Querendum affectu Pontifici esse Deum:  
Omnia sic studuit resecare superflua, curas  
Terrenasq<sup>3</sup>, animo iussit abire procul;  
Vt sibi nil aliud cordi, quam gloria caeli  
Vnica, diuinus semper & esset honos:  
Et genitus quamuis proavis illustribus esset,  
Diues opum, & Latij gloria prima chori,  
Vixit inops tamen, atque humilis, castusq<sup>3</sup>, flagellis  
Membra, fame, & lachrymis, excubijsq<sup>3</sup>, domas:  
Sanctus vt ille habitus sit ab omnibus ante, relictis  
Quam terris sedes iret ad aethereas.  
Sed qua praestiterit communi sedulus vsu,  
Pastorum crebris edideritq<sup>3</sup>, libris,  
Post facile accipies, vbi praelo excusa videbis,  
Quae prestare hominem vix potuisse putes.  
Interea fruiere hisce lubens, haec pauca futuri  
Theauri modo sint arrha, vadesq<sup>3</sup>, tibi.

A 2